



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Tent. VI. Ob negotia à communione impedientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

ret. DEVVM time, & hominum terrores non
pavesces.

CXX. Quintè denique hortetur, ut in hoc negotio ursos imitetur, qui tantâ aviditate melli in alveis inhiant, ut quò dulcedine hâc frui possint, omne Apum aculeos, quantumcunque fodicantes contemnant, quantò magis ergo ipse, ut dulcedine ex Christi corpore hauri solita C quam Ecclesia in officio de festo illius indicat dicens : *O quam suavis est, Domine, Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in Filio tuos demonstrares, pane suavissimo de cœlo præstito, rientes reples bonis*) frui possit, omnes obloquentur aculeos contemnere debet, diceréque cum D. Paolo 1. Cor. 4. *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer aut ab humano die.* Et cum S. David coram ardente, & à Michol uxore despecto : *Iudam & tollior fiam, plus quam factus sum, & ero humili in oculis meis.* 2. Reg. 6. nam, ut etiam Cicero 1. 3. ofic. advertit, cum, quod utile videtur in amicitia cum honesto comparatur (uti est gratia amici cum favore DEI) jaceat utilitatis species, valeat honestas. Cùm autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur, Religio & Fides anteponantur amicitia

§. VI.

Tentatio VI. ob negotia à Communione impedientia.

CXXI. **T**Heophilus Studiosus adeò se abripi à studiorum fervore patitur, ut, quod pliis temporis ad studendum habeat, & ardentissimo studi desiderio faciat satis, nonnunquam communionem

nionem , quam singulis alioqui septimanis peragere solebat , omnino intermittat, plerumque autem vix sumpto Christi corpore ē templo discedat , atque ad studia properet . Quæritur itaque quomodo huic tentationi Confessarius obviare debeat ?

Responso.

CXXII. In primis ei in memoriam reducat , quod Thomas Kemp. l. 4. c. 12. rectè monet , dum ait : Oportet autem , ut non solum te præpares ad devotionem ante communionem , sed ut etiam te sollicitè conserves in ea post Sacramenti perceptionem . Nec minor custodia post exigitur , quam devota præparatio prius ; nam bona postmodum custodia optima iterum est præparatio ad majorem gratiam conservandam . Quis autem bonam custodiā dicat , si quis statim post communionem , sine gratiarum actione , aut colloquio cum Hospite suo ad negotia sua redeat ?

CXXIII. Secundò eidem ostendat , quām inurbanum dicturus esset illum , qui gratissimo & diu desiderato & invitato Hospite domum ingresso , per posticam januam exiret , ipsūmque solum sine ullo alloquio relinquēret ; maximè si varia , eaque pretiosa munera secum allaturus , donaturūisque esset tantus hospes ? atque idem , teste S. Teresia l. 1. c. 34. vit. facit , qui Christo intra se recepto , mox sine ulla alia oratione ad negotia redit . Hinc P. Balthasar Alvarez c. 6. §. 2. vit. ait intolerabilem esse Phrenesim , si aliqui pedes pruriant ad discedendum à communione sub prætextu lectionis , collocutionis vel deambulationis .

CXXIV. Tertiò suggerat illi saluberrimam doctrinam ,

etinam, quam S. Maria Magdalena de Pazzi sp. 10
65, vit. suis suggerebat dicens : si desideratis, bre-
tare
tum
Scienc
melis
quod
quem
poter
dem
dum
fruct
mas
punct
ration
Audit
Ne cu
tanqu
videb
veris
tibi d
omni
(max
versat
occup
CXX
cat ;

pervenire ad magnam perfectionem , accipite pro
Magistro vestro Christum crucifixum , attentas autem
præbete ejus verbis , quia perpetuò vos alloquitur in
corde , maximè in illa hora , quando recepistis SS
Sacramentum ; de quo tempore P. Balthasar Alva-
rez nec momentum amitti volebat juxta illud Eccl.
14. *Non defrauderis à die bono , & particula boni
doni non te prætereat.*

CXXV. Quartò eidem ostendat , quām impru-
denter agat , Magistrum omnium scientiarum prepte-
scientiæ acquirendæ spem derelinquo ; quid enim
nos possunt libri docere , quod non divina Majestas
meliùs præsens doceat ? quem saporem & delectatio-
nem nobis creaturæ afferre possunt , quam ipse non
possit pleniùs nobis conferre , nōsque saturare ? &
quam sanctitatem ex earum conversatione hauiim
possimus , quā majorem non afferat familiaritas cum
ipso ? quid boni lectio habet , nisi quod affectum no-
strum erga ipsum excitet ? quid spiritualia exercitia
nisi quod ad ipsum nos inclinent ? Unde addit in fin-
ne : *Qui in domo tua non ostendit tibi promptam
voluntatem , quomodo iterum tuum ad eandem ad-
ventum exspectabit ? Qui dum te hospitem haberet
properat , ut exeat è domo sua , facile ostendit , se con-
habere alibi obstrictum . Cui tecum manere tedium
est , cùm tu iphius honoris ergo accesseris ad ipsum ,
DEUS & totum bonum illius , cum quo is omnis
negotia sua feliciter expedit , non habet amplius , quod
agat , aut querat : cùmque solius hujus rei causa na-*
go

tus sit in mundo , facile ostendit , se phrenesi labo-
ris , breviter , si tecum non maneat libenter .

CXXVI. Quintò denique commune ei Asceta-
rum axioma in memoriam revocet , quo dicunt :
*Scientia , qua propter virtutem despicitur , per virtutem
melius recuperatur .* Jubeat proin & ipsum sperare ,
quod , si magna in Christum fiducia fructum illum ,
quem ex labore diuturniori & industria sua sperare
poterat , generosè contemnat , multiplici fœnore eun-
dem recuperaturus , illudque Christi Jo. 15. imple-
dum sit : *Qui manet in me , & ego in eo , hic fert
fructum multum .* Nimirum ipse est , de quo Tho-
mas Kemp. l. 3. c. 43. ait : *Ego sum , qui humilem in
puncto elevo mentem , ut plures aeterna veritatis capiat
rationes , quam si decem annis in scholis studuisset .*
Audiat ergo S. Chrysostomi bo. 16. ad Pop. monitum :
*Ne cures tua , sed ea DEO dimitte . Nam si satagas ,
tanquam Homo satagis : si vero dimittas , DEUS pro-
videbit . Si vero & ipse spiritualibus omissis extracta-
veris , non multam ipse curam geret . Ut igitur & hac
ibi disponantur (puta quæcunque negotia tua) &
omni curâ libereris (de felici successu) spiritualia tene
(maximè longiorem cum Christo Eucharistico con-
versationem) contemne secularia , seu quascunque alias
occupationes .*

§. VII.

Tentatio VII. ob carentiam fructūs.

CXXVII. C ordula Virgo devota singulis quidem
Septimbris confitetur , & communi-
cat ; sed quia post toties iteratas communiones nul-
lum